Frankreich (Paris), 2. Hälfte 12. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26019
Copyright: Admont, Benediktinerstift



71

tribunũ. Et ait. aliquid habeo indicare illi. Ille quod assumens
eũ. duxit ad tribunũ. Et ait vinctus paulus rogauit me hunc
adolescentem producere ad te habentem aliquid tibi. Apprehe
dens tribunus manu illius secessit cum eo seorsum. Et interroga
uit illum quid est quod habes indicare mihi. Iudei
uenerunt rogare te. ut crastina die paulum producas in
ciuium qui aliquid certius inquirere de illo. Tu ne credi
deris illis. Insidiantur enim ei. ex eis uiri amplius quam. xl. qui se
deuouerunt neque manducare neque bibere donec interficiant
eum. Nunc parati sunt exspectantes promissum tuum. Tribunus
dimisit adolescentem precipiens ne cui loquatur. quod in
nota sibi fecisset. Et uocatis duobus centurionibus dixit illis.
Parate milites ducentos. ut eant usque caesaream. Et
equites. lxx. Et lancearios ducentos. a tertia hora noctis.
Iumenta parate. ut imponentes paulum eum saluum per
ducerent ad felicem presidem. Scribens epistolam continentem
uba hanc. Claudius lysias optimo presidi felici. salutem. Virum
hunc comprehensum a iudeis. et incipientem interfici ab eis. sup
ueniens cum exercitu eripui. cognito quod romanus est. volens
que scire causam qua obiciebant illi. deduxi eum in concilium